

64.

norantibus. sed a scientibus eam. et quod sepe ambulauerunt
 per eas. **Johannes.** Noli imitari malum sed bonum. **T**er-
 tium est quod cauere debet. ne iudicet timere facta aliorum. ma-
 xime ubi nescit qua de causa vel intentione fiant. Sicut
 enim non videmus aliorum cogitationes. ita nec intentiones
 eorum quare hoc vel hoc fiat. **U**n de quod aliquo modo
 potest excusari. semper ad meliorem partem interpretemur. si volu-
 mus tranquillum cor nobiscum habere et cum alijs. et alios
 non turbare. et deum non offendere. quia sepe iudicamus ma-
 lum esse quod in se non est malum. et peccamus per temeritatem usur-
 pando nobis iudicia dei de occultis cordium. **A**ngeli
 nostri vice dei aliquando id possunt iudicare per coniecturas cir-
 cūstantes. alios non expedit per nos esse iudicandos. do-
 nec plene eruditi in omnibus per donum discretiois spirituum et
 ipse spirituales effecti. omnia diiudicemus et nos a nemine iu-
 dicemur. sicut clare videns quod cecum videt. nec tamen a ceco
 videtur. cum cecus non videat seipsum **A**d Roma. xiiij. **T**u
 quis es qui iudicas alienum seruum **S**uo domino stat aut cadit
Sepe enim merentur temerarij iudices aliorum ut aut in silis-
 bus. aut grauioribus excessibus cadere permittant ut dis-
 catur ex sua infirmitate pati aliene **L**uce. 6. **N**olite iu-
 dicare ut non iudicemini **I**n quo enim iudicio iudicaueritis
 iudicabimini **Q**uartum in quo cauti esse debet nouitij
 est. ut non fragantur aduersitate vel temeritate. sed cogitent
 quia ad hoc venerunt. ut omnia que eis in hac vita possint ac-
 cidere sustineant propter deum. sicut qui intrat bellum. scit quod non
 detur et delicias sed laborem et vulnera operum eum expectare
Actu. xiiij. **O**perum nos per multas tribulationes intrare
 in regnum dei. **L**uce ultimo. **O**perum christum pati et ita intra-
 re in gloriam suam

Impressum Colonie infra sedecim domos.